



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum
omnibus Christi fidelibus, tum potissimùm Gratiarum Cœlestium,
lucrorumque æternorum avidibus, quâ theoreticè, quâ practicè
proponuntur

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066391

Stimulus 2. Damna præterita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45462

Stimulus II,

Damna Præterita.

Joël. 1.2.

Aldite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: super hoc narrate filiis vestris, & filii vestri filiis suis, & filii eorum generationi alteri. Residuum erucæ comedit locustæ, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrii & flete & ululate omnes. Ecce ista cantilena indicitur senibus: quia præcedens ætas eorum omnis, quæ in messem multam nimis excrefcere agricolæ cælesti sperabatur & debuit: delasit spem omnem ejus: & *confusum* est gaudium ejus à filiis hominum, abierunt omnia in populationem & vastitatem, & in partum erucæ, locustæ, brucho, rubigini. Audire ergo jubentur auribusque percipere, ut salutem in decliviore ætate sapere incipiant, & præteritorum annorum suorum negligentias, omissiones, perfunctoria & ad oculum peracta obsequia, fraudulenter facta Divina opera, elusas cælestis Patrisfamilias spes, & vota; non adimpletas promissiones, ædificii spiritualis posita sed minimè perfecta fundamenta, consummare adlaborent, damna sarcire, fructus cum fanore reddere, pecuniam Domini & talenta negotiationi impendere, & vel unicâ Domini mnâ, decem mnas Domino acquirere & exhibere conitantur. Oportet meminisse sermonum Domini JESU, quibus ille crebrò & graphicè nimis, suam in exigendis damnis, sibi per nos, ipsa sterilitate & infructuositate bonorum, illatis, sterilitatem austeritatemque deprædicat; aded ut non diffiteatur, se ibi etiam metere cupere, ac solere: ubi non seminavit. Nonne immanem incutit horro-

Matt. 25.24.

rem,

rem,
illa di
carpe
que
esset

Q
super
ætern
rata in
nisi T
Grati
habet
cit ad
præse
ut qu
tioni
neati
tix D
coran
super
mun
tus:
etiam
tio &
toqu
nali a
mun
pus v
& aq
medi

rem, & metum, & solitudinem, maledictio illa directa in ficulneam, non habentem ficus, quas carperet esuriens Dominus: non obstante, neque excusante apud illum, quod tunc nec dum esset tempus ficorum? Mar. II. 13.

Stimulus III.

Pretium bonorum salutarium.

Quatuor sunt pretiosissima hominum bona: duo horum Naturalia, Tempus & Vita: duo supernaturalia; Sanctificans gratia & Beatitudo æterna. Priora duo, posterioribus sunt deputata in obsequium & acquisitionem: ita ut non nisi Tempore & vitâ præsentis, conquiri possint Gratia Divina, & Gloria æterna. Quidquid aliud habet mundus in divitiis suis, nihil eorum proficit ad Gratiam & Gloriam, solum Tempus & vita præsens eam habet à Deo inditam conditionem, ut quantumcunque ex his impenditur acquisitioni illorum, tantum ex illis acquiratur & obtineatur. Et quia pretium Sanctificantis nos gratiæ Dei, tantum habet pretii inæstimabilitatisque coram ipso Deo, ut minimum gratiæ granum, superet in suo pretio totius mundi pretium, esto mundus esset totus gemmeus gemmisque repletus: pretium autem gratiæ affectatur exceditque etiam pretium æternæ gloriæ, cujus & consecutio & auctio ad mensuratur possessioni augmentoque gratiæ, & quidem cum excessu proportionali ad minimum in proportione dupla (ut communiter sensus est Doctorum) inde fit; ut Tempus vitæque præsens, suppar pretium mereatur & aquirat ex eo, quia his, & in his solis duobus mediis acquiri, & exerceri, & augeri potest gratia.

tia.